



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum in quolibet peccato sit aliquis actus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAESTIO est de peccatis. Et primo quaerit, virtū in quolibet peccato sit aliquis actus. Et sic. Dicit enim Augustinus, quod peccatum est dicitur, vel factum, vel concupitum contra legē Dei: sed in quolibet illorum trium importatur aliquis actus. ergo in quolibet peccato est aliquis actus.

¶ 2 Præ. Aug. dicit, quod peccatum est adeo voluntarium, quod si non sit voluntarium, non est peccatum. sed nihil potest esse voluntarium, nisi per actum voluntatis. ergo in aliquo peccato oportet esse ad minus actum voluntatis.

¶ 3 Præ. Contraria sunt in eodem genere. sed meritum & demeritum sunt contraria. Cum ergo meritum sit de genere actus (quia adibus meremus) videtur quod pari ratione demeritum sine peccato.

¶ 4 Præ. Peccatum priuatio quædam est, quia sicut dicit Aug. peccatum nihil est. priuatio autem fundatur in aliquo. ergo oportet esse aliquem actum, in quo peccatum sustentetur.

¶ 5 Præ. Aug. dicit in Enchi. quod malum nisi in bono esse non potest. Illud autem bonum in quo fundatur malitia peccati, est actus. ergo in quolibet peccato oportet esse actum.

¶ 9 Præ. Augustinus dicit in lib. 83. Quæstionum, quod nec peccatum autem nec recte factū imputari cuiquam iuste potest, qui nihil propria fecerit voluntate. sed non potest propria voluntate aliquid facere absque actu. ergo nihil potest homini imputari ad peccatum, nisi sit ibi aliquis actus.

¶ 7 Præ. Damasc. dicit quod laus & vituperium sequuntur actus. Cuiuslibet autem peccato debetur vituperium. ergo omne peccatum in actu consistit.

¶ 8 Præ. Glo. dicit Rom. 7. quod omne peccatum in actu est ex concupiscentia. Quod autem est ex concupiscentia, non est absque actu. ergo nullum peccatum est absque actu.

¶ 9 Præ. Si aliquod peccatum est absque actu, maxime hoc videtur de peccato omissionis: sed ommissio non est absque actu, quia ommissio negatio quædam est, omnis enim negatio in affirmatione fundatur. Et sic oportet peccatum omissionis in aliquo actu fundari. multo ergo magis quodlibet aliud peccatum.

¶ 10 Præ. Ommissio non est peccatum, nisi in quantum repugnat legi Dei: sed hoc est non absque cōtēptu, cōtēptus autem est per aliquem actum. ergo peccatum omissionis fundatur in aliquo actu, & multo magis alia peccata.

¶ 11 Præ. Si peccatum omissionis consistit in sola negatione actus, sequeretur quod quandiu aliquis non agit, tandiu peccaret, & ita esset periculosius peccatum omissionis, quam peccatum transgressionis quod transit actu, licet maneat reatu: hoc autem non est verum, quia peccatum transgressionis ceteris paribus, est maius. maius enim est furari, quam non dare elemosinam. Non ergo peccatum omissionis in sola negatione consistit.

¶ 12 Præ. Secundum Philo. in 2. Physic. peccatum inuenitur in his, quæ sunt ad finem. Ad finem autem aliquid ordinatur per operationem. ergo omne peccatum in actu consistit.

¶ 13 Præ. Sed contra est, quod dicitur Ia. 4. Scienti bonū & non facienti, peccatum est illi. ergo ipsum non facere est peccatum.

¶ 2 Præ. Pœna non iuste infligitur, nisi pro peccato: sed pro sola dimissione actus, pœna infligitur, nulla consideratione habita de aliquo actu adiuncto. ergo in sola dimissione actus consistit peccatum.

A ¶ 3 Præ. Scdm Philo. in 2. Physic. peccatum contingit in his quæ sunt secundum artem, & in his quæ sunt secundum naturam. sicut ergo in his quæ sunt secundum naturam peccatum est secundum naturam esse: ita in his quæ sunt secundum artem peccatum est secundum artem esse: & similiter in moralibus peccatum est contra rationem esse. sed contra naturam non solum sunt motus, sed et quæres, vt dicitur in 5. Physic. ergo & in moralibus peccata sunt non solum actus: sed et cessationes ab actu, si sint præter rationem.

¶ 4 Præ. Contingit voluntatē in neutra parte contradictionis ferri. Non. n. vere dicitur, quod Deus velit mala fieri, quia sic esset actor eorum, nec et quod velit mala non fieri, quia sic eius voluntas non esset efficax ad implendum oē quod vult. ponatur ergo quod aliquis teneatur nunc dare elemosinam, & tunc neque vult dare, neque vult non dare, quia nihil de hoc cogitat, tunc peccat, & iuste pro hoc punitur. ergo etiam absque actu voluntatis potest esse aliquod peccatum. Sed dicendum quod licet actus voluntatis non feratur, neque ad dandum elemosinam, neque ad non dandum: tamen fertur in aliquod aliud per quod impeditur a dando.

¶ 5 Sed contra, illud aliud in quod fertur, per accidens se habet ad peccatum omissionis, non. n. opponit peccato affirmatio legis, ex cuius oppositione sequitur peccatum omissionis. Iudicium autem non est dandum de natura alicuius, secundum illud quod est per accidens: sed secundum id quod est per se. ergo non debet dici quod peccatum omissionis consistat in actu propter actum adiunctum.

¶ 6 Præ. Etiam in peccato transgressionis contingit aliquod actum adiungi, qui tamen ad peccatum transgressionis non pertinet, qui per accidens se habet ad ipsum: sicut contingit furatē aliquem loqui vel videre. ergo nec ad adiunctus omissioni ad peccatum omissionis pertinet.

¶ 7 Præ. Sicut sunt aliqui actus, qui non possunt bene fieri, vt fornicari & mēiri: ita sunt aliqui actus qui non possunt male fieri, vt diligere Deū, & laudare ipsum: sed contingit aliquem omittere occupari circa laudem Dei. sicut si aliquis eo tempore quo tenet honorare parentes, laudibus diuinis insistat, parentes non honoras, consistat quod iste peccat omittere: nec tamen ad hoc peccatum potest pertinere actus laudis diuinæ, quia non potest male fieri. ergo totum peccatum consistit in sola omissione actus debiti. Non ergo actus requiritur ad peccatum.

¶ 8 Præ. In peccato originali non est aliquis actus, ergo non omne peccatum in actu consistit.

¶ 9 Præ. Aug. dicit in lib. 83. Quæst. Alia sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas autem & imperitiæ contraria sunt virtuti & sapientiæ, malitia est etiam contraria bonitati: contraria autem sunt in eodem genere. Cū ergo virtus, sapientiæ, & bonitas sint habitus, vt quod peccata sint habitus: sed habitus potest esse sine actu. ergo peccatum potest esse sine actu.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt duæ opinioniones. Quidam enim dixerunt, quod in quolibet peccato, etiam omissionis est aliquis actus, vel interior voluntas (sicut cum aliquis peccat non dās elemosinam, vult non dare elemosinam) vel etiam aliquis actus exterior adiunctus quo retrahitur ab actu debito, siue ille actus simul fiat cū omissione, sicut cum aliquis volens ludere, dimittit ire ad ecclesiam: siue sit præcedens, sicut cum aliquis impeditur ne furem ad maritinas, quia nimis uigilauit in se: tunc circa aliquid se occupando. Et hæc opinio innuitur uerbo Aug. dicentis, quod peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legē Dei. Alij uero dixerunt, quod peccatum omissionis non habet aliquem actum: sed ipsum desistere ab actu est omissionis peccatum. Et ex

Quæst. dit. S. Thomæ. O 2 ponunt

Lib. 2. c. 6. 2. tom. 1.

Lib. 2. c. 6. 53. 54. & 55. 1. 2.

In lib. 83. q. 16. to. 4.

1. p. q. 6. 63. cor. Et 1. 2. q. 6. 31. ar. 1. cor. Et 1. 2. q. 6. 15. ar. 2. cor.

Lib. 22. contra Faustum 6. 17. in prin.

onfolatione
pœna per
cuiusdam
na propria
corpore
ri simpliciter
on præter
esse ferri
si quis con
em
r temporali
nisi per pe
um & motu
nitatis pote
ribus acco
bus homin
in sensibili
quod quæ
fit magis
ialia, quæ
mortali
est finis
quantum
in fine
in fine
ad re
reatur
phibet
omnis
rei re
t princip
ctu est
plus dicit
agis malum
fa.
mi peccat
it in actu
iter condit
ferens.
fferentes
em peccat
3. com.
tia aggr
er peccat
le.
ria.
ius eo quod
onū natus
corruptus
A 77

Loco nunc
alio.

¶ lo. ordin.
super illud.
Quod cum
o. eror non
intelligo.
Lib. 1. c. 6. &
7. tom. 1.

Lib. 1. c. 6. &
7. tom. 1.

ponunt dictum Aug. dicentis, qd peccatum est di-
ctum, vel factum, vel concupitum, per hoc, qd con-
cupiscere & non concupiscere, dicere & non dice-
re, facere & non facere pro eodē accipiuntur, quā-
tum ad rationem peccati. Vnde in Glo. dicitur Ro-
man. 7. qd operor & non operor sunt partes eius qd
est operor. Et hoc videtur rationabiliter dici, quia
affirmatio, & negatio ad idē genus referuntur. vnde
Aug. dicit in lib. de Trinit. qd ingenitum pertinet ad
genus relationis, sicut & genitum. Vtraque autem
opinio secundum aliquid veritatem habet. Si enim
cōsideretur id, quod requiritur ad peccatum, sicut
de essentia peccati existens, sic ad peccatum omis-
sionis non requiritur actus: sed per se loquēdo pec-
catum omissionis in ipsa cessatione ab actu cōsistit,
& hoc patet si rationem peccati attendamus. Pec-
catum enim, ut Philos. dicit in 2. Phys. contingit, &
in his quae sunt secundum naturam, & in his quae
sunt fm̄ artem, quando non consequitur sine natu-
ra vel ars, propter quem operatur. Quōd autem fi-
nem non consequatur operans per artem, vel per
naturam, contingit ex hoc qd declinat a mēsurā,
vel regula debite operationis: quae quidem in natu-
ralib. est ipsa naturae inclinatio, consequens aliqua
formam: in artificialibus vero est ipsa regula artis.
Sic ergo in peccato duo possunt attendi. scilicet recessus
a regula vel a mensura, & recessus a fine. Contingit
autem quandoque recedere a fine, & non recedere
a regula, vel a mensura, qua quis operat pp̄ finem,
& in natura, & in arte. In natura quidem, sicut si in
stomacho ponatur aliquid non digestibile, vt ferrū
vel lapis, defectus digestionis absq; peccato naturae
cōtingit. Similiter si medicus secundum artem dat
portionem, & infirmus non sanetur, vel quia habet
morbum incurabilem, vel quia aliquid contra suā
sanitatem agit, medicus quidem nō peccat, licet fi-
nem non consequatur. Si autem econverso finem
consequeretur, sed tamen a regula artis diuerneret:
nihilominus peccare diceretur. Ex quo patet quōd
magis est de ratione peccati praeterire regulā actio-
nis, q̄ etiam deficere ab actionis fine. hoc est ergo
per se de rōne peccati, siue in natura, siue in arte, si-
ue in morib. quod opponitur regulā actionis. Re-
gula autē actionis, quia constituit medium inter su-
perfluum & diminutum, necessē est quaedam re-
fere & quaedam statuat. Vnde & in ratione naturali,
& etiā in lege diuina, ex quibus nostri actus regula-
ri debent, quaedā praecipua negatiua, quaedā affirma-
tiua continentur. Sicut autem negationi opponit
affirmatio, ita affirmationi opponitur negatio. vnde
sicut agere imputatur hominī ad peccatū, quia
opponit praecipio legis negatiuo: ita & ipsum non
agere, quia opponit praecipio affirmatiuo. Sic ergo
p̄ se loquendo pot̄ esse aliquid peccatum, ad quod
non requiritur aliquid actus, qui sit de essentia pecca-
ti, & fm̄ hoc habet veritatem secunda opinio. Si au-
tem consideretur id, quod requiritur ad peccatum
vel causa peccati, sic oportet qd ad quodlibet p̄t̄m,
et omissionis, aliquid actus requiratur, qd sic patet. ut
enim Philos. dicit in 8. Phys. si aliquid quicquid mo-
uetur, quandoq; non mouetur, oportet assignare
aliquam causam quietis: videmus n. qd eodem mo-
do se habente mobili & mouente, similiter aliquid
mouetur vel non mouet. Eadem autem ratione si
aliquid non agit qd agere debet, oportet huius esse
aliquā causam. Si autē causa fuerit totaliter extrin-
seca, talis omisio non hēt rōnē peccati. Sicut si ali-

quis a lapide cadere lasus, impediatur ne ad ecclesia-
vadam, aut si aliquo furante impediatur, ne elemosina
nam det. Tūc ergo solū omisio imputatur ad pec-
catum, cum habet causam intrinsecam, nō quā-
tūc, sed voluntaria: quia si ēt impediretur ex cau-
sa intrinseca non voluntaria, puta febre, eadem
esset, sicut & de causa extrinseca. Ad hoc ergo
omisio sit peccatum, requiritur quod omisio
fetur ex aliquo actu voluntario: sed voluntas est cau-
sa alicuius, quandoque quidem per se, quandoque
autem per accidens: per se quidem, sicut quando
intentionem agit ad talem effectum; puta si aliquis
volens inuenire thesaurum fodēs inueniat: per ac-
cidens autem, sicut quando praeter intentionem
G ra si aliquis volens fodere sepulchrum fodēs in-
ueniat thesaurum. Sic ergo actus voluntarius, quō-
doque est per se causa omissionis, non tamen
voluntas directe feratur in omissionem, quia
ens & a malum est praeter intentionem & volun-
tatem, vt Dion. dicit 4. capit. de Diu. nomi. Volun-
tatis autem obiectum est ens & bonum: sed in
de fertur in aliquid posituum cum p̄missione omis-
sionis consequentis. Sicut cum aliquis vult iudicio
sciens quod ad hoc conuocatur non ire ad eccle-
siam: sicut & in transgressionibus dicimus, quod si
vult aurum non refugies iniustitiae deformitatem.
Quōdoque vero actus voluntarius, est causa per ac-
cidens omissionis: sicut cum alicui occupato con-
H aliquid adum non venit in mentem id quod fac-
re tenetur. Et non differt quantum ad hoc, ut
actus voluntarius, qui est causa omissionis per se
per accidens, simul sit cum ipsa omissione, vel etiam
praecedat: sicut dictum est de eo qui n̄mia occupa-
tione tarde incipiendo dormire, impediunt se ne lit-
geret matutinarum hora. Sic ergo quācumque
prima opinio vera est, quod ad omissionem requi-
ritur actus voluntarius vt causa. Quia ergo vtraque
opinio aliquo modo vera est, ad vtrasque rationes
respondere oportet.
AD PRIMUM ergo dicendum, quod in illa defini-
tione peccati accipiendū est pro eodem, dictū & non
dictum, factum & non factum, vt supra dictum est.
AD SECVNDVM dicendum, quod aliquid dicitur
esse voluntarium, non solum quia cadit sub volun-
tatis actu: sed quia cadit sub potestate voluntatis
enim & ipsum non velle, dicitur voluntarium: quia
in potestate voluntatis est velle & non velle, & simi-
liter facere, & non facere.
AD TERTIVM dicendum, quod plura requiruntur
ad bonum quā ad malū, quia vt dicit Dion. 4.
capit. de Diu. nomi. Bonum est ex causa vna & re-
gula, malum autem ex particularibus defectibus.
Ad hoc ergo quod sit meritum, requiritur quod
sit actus voluntatis: sed ad hoc quod sit demeritum
sufficit hoc solum, quod non velit bonum quod
debet, nec oportet, quod semper velit malum.
AD QVARTVM dicendū, qd in peccato transgressio-
nis, non est verū qd peccatū sit priuatio: sed qd pec-
catum est actus priuatus debito ordine, sicut trans-
gressio adulterium est quidam actus inordinatus. Eo-
modo peccatum nihil est, quo nihil sunt homines
cum peccant: non quidem ita quod sint ipsum ni-
hil, sed quia in quantum peccant, priuantur quodam
bono, & ipsa priuatio est nō ens in subiecto. Eo-
dem modo peccatū est actus priuatus debito ordi-
eundem ipsam priuationē dicitur nihil: sed in pec-
cato omissionis per se loquendo verū est, qd est
la priuatio

la privatio. Subiectum autem privationis non est habitus, sed potentia: sicut subiectum cecitatis non est visus, sed id quod est apertum natu videre. Omissionis ergo subiectum est, non quidem actus aliquis: sed potestas voluntatis. Et sic patet solutio ad quintum quod obijcitur de malo.

AD SEXTUM dicendum, quod in illa auctoritate sub facere includitur etiam non facere, sicut dictum est.

AD SEPTIMUM dicendum, quod laus & vituperium non solum debentur actibus voluntariis: sed etiam cessantibus ab actu.

AD OCTAVUM dicendum, quod illa ratio concludit, quod actus requiritur ad omissionem sicut causa: quamvis possit dici, quod fomes de quo ibi loquitur Glossa non est actualis concupiscentia, sed habitualis.

AD NONUM dicendum, quod non omnis negatio fundatur super affirmationem realem, quia ut Philosophus dicit in predicamentis, non sedere vere dici potest, & de eo quod est, & de eo quod non est: sed tamen omnis negatio fundatur in aliqua affirmatione intellecta vel imaginata. Necessse est enim esse apprehensum id, de quo aliquid negatur. Sic ergo non est necessarium, quod ommissio fundetur in actu reali existente. Si tamen omnis negatio in aliqua affirmatione reali fundatur, ut sic negatio pro privatione poneretur, non oportet quod ommissio quae est negatio actus fundaretur in actu, sed quod fundaretur in potentia voluntatis.

AD X. dicendum, quod non solum in omissione, sed nec etiam in transgressionem semper est necessarium, quod sit actualis contemptus, sed contemptus quidam habitualis vel etiam interpretatus: quia scilicet interpretatur aliquem contemnere qui non facit, quod iubetur: vel facit quod prohibetur.

AD XI. dicendum, quod ommissio opponitur precepto affirmativo: quod licet obliget semper, non tamen obligat ad semper. Non enim obligatur homo ad hoc, quod semper insit parentibus honorandis: sed tamen semper obligatur homo, ut parentes honoret, tempore debito. Tandem ergo durat actu peccatum omissionis, quamdiu durat tempus ad quod obligat preceptum affirmativum, quo transiente transit actu & manet reatu: & iterum redeunte tali tempore iteratur ommissio.

AD XII. dicendum, quod sicut aliquis deficit a fine male agendo: ita desistendo a debito actu.

AD PRIMUM ergo, quod in contrarium obijcitur dicendum, quod ex illa auctoritate habetur quod ipsum non facere bonum sit peccatum: non autem remouetur quin huiusmodi, quod est non facere bonum, non sit aliquis actus.

AD SECVNDUM dicendum, quod pena datur pro omissione actus sicut pro culpa: sed tamen culpa contingit causari ab aliquo actu, qui quandoque est culpa (sicut cum peccatum est causa peccati) quandoque vero non culpa.

AD TERTIUM dicendum, quod etiam quies innaturalis ex aliquo actu praecedente causatur.

AD QVARTUM dicendum, quod Deus neque vult mala fieri neque vult mala non fieri: sed tamen hoc ipsum vult quod est se non velle mala fieri, & non velle mala non fieri.

AD QVINTUM dicendum, quod actus qui requiritur ad omissionem, non semper se habet per accidens ad ipsum: sed quandoque est causa per se, ut dictum est. Et similiter dicendum est ad sextum de transgressionem.

AD SEPTIMUM dicendum, quod omnis actus per rationem regulari debet. Unde omnis actus potest non bene fieri, si non sit debite regulatus, ut scilicet fiat quando de-

bet, & propter quod debet, & sic de alijs, qui sunt in actibus, observanda. Unde etiam hoc ipsum quod est diligere Deum, potest male fieri, puta si quis diligit Deum pro temporalibus. Et hoc ipsum quod est laudare Deum, potest male fieri, si hoc faciat quod non debet, quod si alia facere tenetur: sed si actus accipitur regulatus sicut significatur cum dicitur, temperanter agere, vel iuste agere, sic non potest male fieri. Si tamen daretur quod aliquis actus non posset male fieri, non esset inconueniens, si esset causa per accidens omissionis: quia bonum potest esse per accidens causa mali.

AD OCTAVUM dicendum, quod etiam peccati originalis causa est aliquis actus, scilicet peccatum actuale primi parentis.

AD NONUM dicendum, quod sicut ex parte uirtutum est actus & habitus, ita ex parte vitiorum habitus tamen possunt dici virtutes vel vitia, sed soli actus dicuntur merita vel peccata.

ARTICVLVS II.

Utrum peccatum consistat in actu uoluntatis tantum.

SECUNDO queritur utrum peccatum consistat in actu uoluntatis tantum. Et versus sic dicitur. n. Augustinus in libro retractationum, quod non nisi uoluntate peccat ut ergo peccatum in solo actu uoluntatis consistit.

¶ 2 Praet. Augustinus dicit in libro de duobus Animabus, Peccatum est uoluntas retinendi, vel acquirendi quod iustitia vetat: uoluntas autem hic accipitur pro actu uoluntatis. ergo peccatum in solo actu uoluntatis consistit.

¶ 3 Praet. Augustinus dicit, quod continentia est habitus mentis: sed per actum exteriorem manifestatur, ergo & e contrario incontinentia, & omne peccatum in sola uoluntate consistit. Actus enim exteriores solummodo manifestant peccatum.

¶ 4 Praet. Chrysostomus dicit super Mattheum, quod uoluntas est quae aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo. Opera autem testimonia sunt uoluntatis. Non ergo querit Deus opera propter se, ut sciat quomodo iudicet: sed propter alios ut omnes intelligant, quia iustus est Deus. Id autem solum pro quo Deus punit, est peccatum, ergo peccatum in solo actu uoluntatis consistit.

¶ 5 Praet. Id quo posito uel remoto nihilominus peccatum manet, accidentaliter se habet ad peccatum: sed posito uel remoto exteriori actu, nihilominus peccatum in sola uoluntate manet, ergo exteriores actus accidentaliter se habet ad peccatum. Non ergo in eis peccatum consistit: sed in solo interiori actu uoluntatis.

¶ 6 Praet. Nullus actus imputatur alicui ad peccatum, qui nullo modo est in potestate eius. Unde si aliquis accipiat manum alicuius hominis contra eius uoluntatem, & cum ea interficiat hominem, peccatum homicidii non imputatur homini cuius manus percussit: sed ei qui utitur manu. Exteriora autem membra, nullo modo possunt resistere imperio uoluntatis. Non ergo in actibus exterioribus membrorum, consistit peccatum: sed in actu uoluntatis que utitur membris.

¶ 7 Praet. Augustinus dicit in libro de Vera Religione, quod si aliquis uideat remum fractum in aqua, non est hoc uitium uisus qui nuntiat, quod accepit ut nuntiaret, sed etiam est uitium uirtutis quae debet iudicare: sed exteriora corporis membra hunc ordinem acceperunt a Deo, ut faciatur quod uoluntas imperat, ergo uitium uel peccatum non est in actibus eorum, sed in actu uoluntatis.

¶ 8 Praet. Si peccatum consistit in actu uoluntatis, & iterum in actu exteriori, maius erit peccatum peccare simul uoluntate, & exteriori actu, quam peccare Quae dicitur S. Thomas. O 3 re in-

Lib. 1. ca. 9. circa mediu[m] tom. 1.

De bono c. 6. ingali. c. 21. tom. 6.

Homil. 19. in Mattheum, aliquantulum in a prin. tom. 1.

cap. 33. to. 1.